

inter dominos consules ciuitatum Stralessund, Rotstoc et Wysmarie eorumque conciuēs, ex vna, et nos ac nostros conciuēs, parte ex altera, pendente, sedanda credidimus, et quia nos et nostri conciuēs per inmoderatas et enormes eorum graues querelas apud dominum regem Norwegie ac Swecie contra nos innocue suscitatas sumus dampnis grauibus periclitati et grauati, honestatem vestram attente rogamus, quatenus in pronuntiatione vestra nobis ac nostris taliter prouidere dignemini, vt nobis super premissis exhibeatur, quid vestre circumspecte discretioni esse videbitur rationis. Omnipotens felicitatem vestram conseruare dignetur longeuis temporibus duraturam. Datum sub nostro secreto sabbato post pentecostes.

På baksidan: Commendabilibus, honestis et discretis viris dominis proconsuli et consulibus ciuitatis Lubecensis, amicis suis dilectis.

Påtryckt sekret, till största delen bevaradt.

5122.

1355 Juni 3.

Arvika.

Intyg, utfärdadt af Johan Algotsson m. fl. rörande ett jordaskifte mellan Björn Djäkne och Andor Petersson.

Vidim. afskr. på papper. i Ups. Univ. Bibl. ¹⁾

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes Algotzson, Dagherus de hospitali Lodhosie, Nicholaus de Husaby, canonici Skarenses, Petrus curatus ecclesie Thinguallensis, Haraldus Thorgerzson, Hæmmingus Hæmingson, Brynniolphus de Edhe et Ioarus de Rudhi salutem in Domino sempiternam. Quorum interest vel interesse poterit, tenore presencium verbo veritatis protestamur nos conuencioni facte per discretos viros, exhibitorem presencium Beronem Dyekn ex vna parte et Andorum Pætersson ex altera parte, interfuisse super quodam concambio bonorum infrascriptorum. Ita videlicet habita deliberacione diligenti amicorum et cognatorum vtriusque partis idem Andorus dicto Beroni curiam suam integram Amoth in parochia Eedha sitam cum omnibus suis adiacenciis, siluis, agris, pratis et piscariis quibuslibet, infra sepes et extra, prope vel remote positis, nullis penitus exceptis, cum molendino et molendinorum locis et dimidietate predii Mylnuthorp iuxta leges Vermillandie legitima skotacione facta presentibus plurimis fidedignis hastam skotacionis tenentibus, videlicet Ioaro Sigbiorzson, Haraldo Thorgerzson, Gregorio de Skællærby, Gerlao de Olouoby, Thorgero de Viik, Elauo de Borghabøle, Thorero de Viik, Tholuone de Flydhubøle, Bassa de Kiærtasætre et Daghero de Graffaass et fere tota communitate Jusedzherad, pro bonis infrascriptis, videlicet curia in Auarsbøl pensionis vj cophinorum cum molendino ibidem eciam sex cophinorum, parte curie in Hamar v cophinorum, parte in Aslaksrudh iij cophinorum, parte in Nore pensionis iij cophinorum, superadditis viginti marchis denariorum ac viij vlnis lati bryggist consorti sue datis pro beneuolencia et consensu eorundem, presentibus viris prouidis Thorgero de Viik ac omnibus prius nominatis in Aruikum, ad manus assignauit, transferens quilibet eorum in alterum plenum proprietatis ius et possessionis dominium predictam curiam ac bona premissa possidendi, alienandi et libere ad

¹⁾ Intagen i vidimation af Magnus Logason m. fl. den 8 juli 1399.

vsus suos ordinandi, adinuencione fraudis seu doli postposita ab impedicione et alloquacione quorumcunque presencium vel futurorum. In cuius facti euidentiam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum apud ecclesiam Aruika anno Domini m^occc^ol quinto in profesto corporis Christi venerabile in *Christo* patre domino Laurencio, Dei gracia episcopo Skarensi, tunc temporis visitante.

5123.

1355 Juni 7.

Stockholm.

Konung Magnus befaller häradshöfdingen i Oppunda Ragvald Nilsson att verkställa bötesutmätning hos de personer, hvilka brutit mot konungens dombref till förmån för Julita kloster.

Afskrift i Stiernelds afskr. saml. i Ups. Univ. Bibl., sign. E 186, s. 13.

Wi Magnus, med Gudz nathæ konunger Swerikis, Norgis oc Skane, bjuthum thik Rawald Niclesson, ther hæræsshöfdinge ær ij Ophudæ, at thu tha taker tolf mæn med tik oc wyrder ut af the mæn, som hawe qwalt thæn skog oc thæt fiske waan foræ klosterræth i Julötæ, som wij hafwom thet klostret tilldömbt med wart förmenbref, som thætta wart bref ær till fest, firæthighæ marke af hwar therræ till war ensak, swa brath som thu hafwer brefwet sedt, före thy the wuldæ æg halda war formær dom, oc thær af skal tu ræknæ hærræ Throtæ Pætersson riddaræ thæt wari rätt ær. Scriptum Stockholm sub sigillo nostro ad causas anno Domini mcccclv prima feria ante inst. octauam corporis Christi teste domino Throtone Pætersson milite iustitiario nostro.

Sigill har vidhängt.

5124.

1355 Juni 8.

Lund.

Ärkebiskop Jakob af Lund förordnar rörande kanikernas vid domkyrkan ekonomiska förhållanden.

Registr. Eccles. Lund., p. 39.

Vniuersis presentes litteras inspecturis vel audituris Jacobus, Dei gracia electus in archiepiscopum Lundensis ecclesie, eternam in Domino salutem. Inter ceteras sollicitudines nostras precipua quasi est vt taliter disponente Domino possimus cum capitulo nostro Lundensi predilecto ordinare, vt ipsi canonici nostre ecclesie, qui ipsam nobiscum regere et tueri teneantur, congruis honoribus et dignis fauoribus attollantur et vt honestam prout decet habeant sustentacionem, vnde indignum ferimus, vt hii, qui aliis clericis sunt maiores statu et dignitate maiorisque loci, puta metropolitane ecclesie seruitores, ceteris sint pauperiores magisque defectuosi. Quare super hoc vna cum capitulo nostro et aliis quibusdam sapientibus deliberacione prehabita diligenti Dei nomine inuocato de ipsius capituli vnanimi consensu quorundam predecessorum nostrorum quondam archiepiscoporum Lundensium vestigiis inherentes, statuimus, ordinauimus et edicto in perpetuum valituro districte precipimus infrascriptos articulos firmiter et inuiolabiliter obseruari. Primo videlicet, quod domini canonici Lundenses, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, et eorum vicarii in ecclesiis eorum intitulatis seu annexis prebendis aut dignitatibus suis